



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCLII. ad annum CCCCLXXX.

Parisiis, 1644

In Hoc Concilio Statvtvm Est vt episcopi sine formata non nauigent.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

ANNO
CHRISTI
424

insinuat) Numidiarum, & Aurelii coepiscoporum nostrorum: in quibus scriptis vestra mecum caritas recognoscit, promississe eosdem, quod aut ipsi dignarentur venire, aut ad hoc Concilium fuissent ex more destinati legatos. Sed hoc quia minime factum videtur, diu se detineri, de longinquo venientes legati Mauritaniam Siphensis, non posse testantur. Et ideo, fratres, si vestra caritati videtur, litera fratrum nostrorum Byzacenorum, sed & breuiarium quod eidem epistolae adiunxerunt ad hunc cœtum * conrogatum, legantur: ut si qua forte illic mouere caritatis vestrae animum possunt, in eodem breuiario, quae diligentius fuerint animaduersa, in melius reformatur. Hoc enim frater & coepiscopus noster primae sedis, vir perspectus, merito suae grauitatis atque prudentiae * Mizanius, scribens ad meam paruitatem, postulauit. Si ergo placet, quae tractata sunt, legantur, & singula a vestra caritate considerentur.

* congregatum,

* Myzoni-
nius, al.
Muzo-
nius,

IN HOC CONCILIO STATVTVM EST
vt episcopi sine formata non nauigent.

CÆSARIO & Attico viris clarissimis consulibus, sexto Kalendas Iulias, Carthagine placuit, vt nullus episcoporum nauiget sine formata primatis. Gesta in authenticis, qui quaeret, inueniet.

Cod. Can.
hæc 56. &
57. Cano-
nibus in-
terponit.

N O T A.

Hæc eadem statuta fuerunt Concilio Carthagenensi III. Hinc itaque constat, illud VI. Kalendas Iulii inchoatum, ad Septembrem vsque continuatum fuisse: vel quod supra dixi, Carthagenensi III. ex multis Carthagenensibus compilatum esse.

SEQVVTVR CONCILIA AFRICANA
SVB ANASTASIO HABITA.

DE CONCILIO ISTO LEGATI
ad imperatores infra scripti diriguntur episcopi.

POST consulatum gloriosissimi imperatoris Honorii Augusti IV. & Eutychiani viri clarissimi, v. Kalendas Maias, Carthagine in secretario basilicæ Restituta. In hoc Concilio legatione susceperunt Epigonius & Vincentius episcopi, vt pro confugientibus ad ecclesiam, quo-

Quam ob
causam,
quo loco ac
tempore
hoc Con-
cilium Car-
thagenense
in Africa
celebratum

Concil. Tom. 4.

Ttt ij